
EPITHALAMIA
Insolennitatem Nuptiarum,
EXCELLENT: CLARISS: & DOCTISS:
VIRI
DN: SIMONIS SCHULTZ,
Medicinæ Doctoris & Reipub: THO-
RUN: PHYSICI Ordinarii.
Ut Et
Bene moratæ lectissimæque Matronæ,
REGINÆ CZIMMERMANNÆ,
Viri Reverendi, Clariss:, Doctissimique,
DN: STANISLAI DZIKOWSKI.
Apud Thorunienses in Novo Oppido
Verbi divini Præconis, fidelissimi, relictæ
Viduæ
XV. Calend: Julii THORUNII celebratam
ANNO à CHRISTO nato
M. DC. LIX.
consecrata
ab utrique Sponsorum bene
cupientibus.

Apud MICHAELEM KARNALL.



Ein Hochtzeit Geschenck.

DAs Leben ist gar kurtz/ Mit Sorgen sehr beschweret/
So bald bey uns verschwind/ wenn es uns kaum bescheret;
Es ist ein Rauch und Dampff/ gleicht einem Wasser Schaum/
Ist offters nicht so breit als eines Kindes Daum.
Es ist ein edles Ding Gesundheit an sich haben/
Sie gehet über Gold und aller Reiche gaben/
Der andre Tod ist es/ wenn man zu Bette Liegt/
Das andre leben/ weñ man durch Gesundheit siegt.
Die Kinder seind der Schatz/ den uns der Ehstand bringet/
Der nicht aus eigner Krafft vnnd Mänschen willen dringet/
Vom Himmel kömpt er her/ von dem/ der solchen schenckt/
Dem/ so jhn fürcht und ehrt/ sein Hertz stets nach Jhm lenckt.
Der Tod ist ja ein Sold der übermachten Sünden/
Den wir nach unsern Fall bey allen Mänschen finden:
Er ist hingegen auch der Weg zur Lebens Thür/
Er bringt uns stete Ruh und übergrosse Zier.

Die

Die Ehre folget auff den scheinbarlichen Sachen/ (chē:
Der Tugend/ kan uns hier fast gleich den Göttern ma-
Der ist derselben wehrt/ so sie durch Müh' erwirbt/
Sie stirbt mit keinem nicht/ der hier mit Ihr ver-
stirbt.
Die Erde trägt uns das/ was vnser Hertz begehret/
Nimpt alles wieder weg/ was sie zu vor bescheret:
Sie wird von uns gedrückt/ wer weis/ ob Morgen
nicht
Sie vns drückt/ wenn der Tod die klaren Augen
bricht?
Was soll ich aber mehr zu Eurer Hochtzeit schencken
Euch außerwehlten Paar/ als einen Wunsch der
lencken
Den Allerhöchsten kan/ und daß ichs kürtzer mach'
Vnd setz' in einem Schluß die vorbesagte Sach.
Es wolle Leben vnd Gesundheit Kinder Segen
Sampt Tod Ehr vnd der Erd sich willig nieder legen/
Zu euren Füssen hin/ daß sie Euch günstig seyn;
Es leucht' auch über euch der Höchste Gnadē Schein!

Otto Christ. M.

Ad Sponsam.

DUm vidui nova *Sponsa* tui reparare cubilis
Damna paras, votis es cumulanda novis.
Funere DZIKOWII voto es viduata priore,
Libera & â vinclo colla priore geris.

Jam *Sponso* nova *Sponsa* novo junctura Marito,
Jam nova vota facis, jam nova vincla subis.
Inde novis mactanda venis per carmina votis,
Dicenda hinc *Sponsis* sunt nova vota novis.
Doctori quondam tua cessit in ante voluntas,
Qui docuit sacrum cælica verba gregem:
Nunc quoque dissimili non jungeris ipsa Marito,
Accipe nunc cui sis Nupta futura Viro.
Est *Viduus Viduamque* sibi quærebat *Amicam*,
Hanc nactus par fit *Sponsa* novella tibi.
Præterea non est peregrat qui mercibus orbem,
Non vetitas turpi fœnore quærit opes.
Non est alterius sitiens sine mente cruorem,
Non est externos qui populatur agros.
Est est in *Medico* non ultima fama *Senâclo*,
Est summo summum nactus honore locum.
Est pariter *Doctor*, Medicâ sed *Doctor* in arte,
Est ægris medicam qui dare novit opem.
Quem quæso poteras tali præferre Marito?
Quid poterat Medico charius esse Viro?
Sunt superûm Medici nõ ultima gloria, quid? quod
Et superûm Medici se genus esse probant.
Munere Servatur sine funere vita medentûm,
Nilque potest Medico sanctius esse choro.
Quapropter *Medici* facibus contendito *Sponsi*
Sponsa, nec in Medicos ire Verere toros.
Pestiferâ vestrum maneat sine lite cubile,

Flore-

Floreat in casto vester amore torus.
Et *Pietas* vestro faveat *Cœlestis* amori
Et bona cum tulerit plurima, plura ferat.
Vos *Candor Concorsque fides* comitetur amantes,
Cunctaque *Sponsorum* prosperet acta DEUS.
Sub placidâ *Sponsi* videatis pace senectam,
Compluat o vestros Gratia dia sinus.

Boni ominis ergo
fecit
Georgius Grötzsch.

ARtis Pœniæ Doctor *doctissime* SCHULZI
In cuius sedem mente Galenus habet.
Dum socij reparare paras dispendia lecti,
Et socij sociam quæris habere tori;
Rem facis officio dignam dignamq; probatu,
Rem facis ingenuam proficuamq; tibi,
Rem facis eximiam Sapientis nomine dignam,
Idq; facis dici providus unde meres.
Quis quæso magis est Sapientis nomine dignus?
Quam qui scit rebus commoda ferre suis.
Sed quid commodius vitæ usibus aptius aut qvid?
Esse potest sociæ qvam bonitate frui?
Conjugis auxilio vel conjugis arte fruisci,
Qvam domui præstat sedulitate suæ?
Et tu dum vitæ dispendia Sponsa *prioris*
Restituis, renovans fædera Sancta tori.

 Provi-

Provida næ mihi ſat, Sapiensq; ſat eſſe videris,
Quodq; ſcias rebus conſuluiſſe tuis.
Commoda non poſſunt, meliora venire Maritæ
Per mortem eſt primo quæ viduata viro,
Poſt primum quam velle novo parere Marito,
Nutibus alterius velle ſubeſſe viri.
Sic ab eo rebus ſolamen habebit in arctis,
In duris certam rebus habebit opem.
Si cadet haud deerit ſubito qui ſublevet illam,
Infirmam pariter qui relevabit erit.
Victus amictus eget quibus, omnia Sponte Mariti
Non remorante mora dextera larga dabit.
Si quo cum lites aut iurgia dura fovebit.
Qui defendat eam iure, Maritus erit,
Hæc perpendentes non ultima commoda Sponſi
Cum Laudabiliter tum ſapienter agunt,
Sarcitum quod eant diſpendia prima, velintq;
Reſtaurare ſacri iura ſacrata tori.
Conſiliisque ſuis ad vota ſecunda reverti
Coniugij extinctas & reparare faces.
Illorum faveat Divina Faventia cæptis!
Incæptis faveat Gratia dia, novis.
Illorum faveat conatibus Ætheris aula,
Omnigenas fundat proſperitatis opes.
Quin etiam faveat protectio cælica Sponſis,
A cunctis Sponſos aſſerat illa malis
Addo etiam faveat Sponſis benedictio Chriſti,

Et

Et nimbo Thaſſum divite fundat opum.
Ter felix cuicunq; favet benedictio Chriſti!
Infelix ullo neſcit is eſſe modo!

Sponſis mellitiſſimis affectum benevolum
conteſtaturus fecit.

Johannes Czimmermann T. B.

ILle ſapit verè qui ſcit ſibi ferre medelam,
Qui curare ſuum ſcitq; poteſtq; malum.
Res prodeſſe aliis non ſic operoſa videtur,
Atq; ſibi Medicam ferre ſalutis opem.
Jure meret talis Medici cognomine dici,
Ex æquo Medicus cur vocitetur habet.
Ex æquo SCHVLZI *Medici* cognomine clares
Namq; ſibi Medicam ſcis benè ferre manū.
Jure etiam *Medici Doctoris* nomine clares,
Es Medicus multis, es Medicuſq; tibi.
Quin etiam clares titulo Doctoris honoro
Jngenuæ ob raras dexteritatis opes.
Jpſe mêdere tibi: faciem ſpectare Maritæ
Dum datur, atq; nouas poſſe fouere faces.

Clarior

Clarior inde tibi Cæli ſol prodit ab Axe,
Clarius & radios exerit ille ſuos.
Quamlibet exculto foveas ſub pectore
(flammas
Affectus caſti non tamen inde doles:
Non etiam vt Phaeton telo percuſſus avito,
Jn pænam temerè ſontica tela luis.
Felices docto ſed alis ſub pectore flammas,
Hinc Pax læta tibi, lætus hymenq; tibi.
Salue læta dies niueo ſignando lapillo,
Digna hymnis, plauſu, carmine digna dies
Da ſponſis DEVS alme nouis concorditer
annos
Vivere, felices & numerare dies.

Honoris & obſeruantiæ
cauſa appoſuit.

LVCAS BINER,

